

Sermones autem ac pulcherrimi varijs scripturarum doctrinis referti de tempore per totum annum editi a solemnissimo theologie doctorum magistro iacob de voragine ordinis predicatorum quondam episcopo Januensi feliciter incipiunt.

Et primo de dominica prima aduentus
Sermo primus.

Depare in occursum dei tui israel **Amos. iij.** Quando rex vel aliquis princeps maxime dignitatis ad civitatem aliquam venturus dixerit nuncij premittunt ipsius nunciantes aduentum: ut ad ipsum reverenter suscipiendus omnes se preparent et disponant. Rex iste magnus est dominus ihesus christus qui isto tpe est venturus in carnem secundum ecclesie representationem et ideo debemus nosmetipsos disponere et reverenter sibi occurrere. in ista verborum premissum quod dicit **Preparate in occursum dei tui israel etc.** Ideo sancta mater ecclesia tres solemnes nuncios et legatos mittit qui istius regis aduentum annunciant et ad ipsius susceptionem nos sollicitate invitant scilicet paulum apostolum Zachariam prophetam et matheum evangelistam. Paulus namque in epistola sua legationem facit ostendens quod les debent esse illi qui istum regem

debent suscipere annuncians et proponens quod tria eos facere oportet. **Primo enim quod non debent dormire sed vigilare** cum dicit **Rom. ij.** Hora est iam nos de somno surgere: nox precessit dies autem appropinquabit. **Olim enim omnes fere homines in peccatis dormiebant et a bono opere torpebant. nec mirum quia in nocte erant.** In nocte enim tria sunt que dormire faciunt a somnum inducunt. scilicet obscuritas frigiditas atque humiditas. **Nox quidem naturaliter est frigida. humida et obscura.** Obscuritas quidem somnum inducere solet. **Vnde homines dormire volentes loca obscura querunt.** **Frigiditas somnum inducit.** **Vnde in hyeme in frigida completionem somnus profundus laudabilis est. in calida autem suspectus.** **Humiditas etiam causat somnum.** **Vnde secundum philosophum vapor humidus a cibus resolutus: dum ad cerebrum ascendit somnum inducit.** **Vnde est quod pueri magis dormiunt quam senes quia plus abundant in humiditate.** **Non ergo mirum fuit si antiqui patres sic dormiebant quia erant in obscuritate ignorantie in frigiditate dilectionis divine et in humiditate carnalis concupiscentie.** **Dyabolus quidem in hijs tribus locis dormit. scilicet in loco obscuro frigido et humido et ideo dormire secum ceteros faciebat.** **Job. xi.** **Sicut umbra dormit. ecce obscuritas ignorantie.** **In secreto calami. ecce**

nox h. 30. p. d. m. 8

obscuritas

frigiditas

humiditas

no. de somno 2. m.

parat

no. xij. 2. h.

frigiditas dilectionis diuine in lo-
tis humentibus. Ecce humiditas
carnalis concupiscentie. Sed ista
nox precessit. dies autem appropi-
quabit. et ideo iam non est dormi-
endum: sed vigilandum. Aduenit
enim vera lux que obscuritate; ig-
norantie expulit. et splendorem sa-
pientie adduxit. **Isaie. ix.** Popu-
lus gentium qui ambulabat in te-
nebris vidit lucem magnam. Ad-
uenit quoque verus ignis qui frigi-
ditate in fugauit et totum in amo-
rem dei altissimi accendit. **Luce. xii.**
Ignem veni mittere in terram. et
quid voluisti ut ardeat. Aduenit
verus sol qui omnem nebulam car-
nalis concupiscentie efficit et ab
omni humore male concupiscentie
animam ardet. **Ecdesiast. xviii.**
Aperi sunt thesauri scilicet sola-
res radii et auolauerunt nebule si-
cut aues. **Secundo apostolus a-**
nunciat quod debemus vestes sordi-
das abijcere et pulchras induere.
ostendens quod debemus tria genera
vestium sordidarum abijcere. sci-
licet vestem nigram: cui dicit. Ab-
ijciamus opera tenebrarum. **Ves-**
tem immundam cui subdit. Non
in commestationibus et ebrietati-
bus. non in cubiculis et impudi-
citijs. **Vestem laceratam** cui dicit.
Non in ostentatione et emulacione. **Ve-**
stem nigram facit auaricia. Aua-
rus enim nigredinem contrahit.
et corporalem ex eo. quod hyatu con-
tinuo vitur. Et spiritualement. quia
cum pecunia sit lutum in anima in

munda

*scilicet
more*

quinatur. et ideo quia sic sunt deni-
grati et fedati: a deo minime cognos-
cuntur. **Tren. iiii.** Denigrata est
super carbonas facies eorum. et non
sunt cogniti in plateis. **Vestem**
immundam facit luxuria que est
penitus odibunda. inde odientes e-
am que carnalis est maculata; tu-
nicam et. **Vestem laceratam** facit
superbia. **Pro uerbio. y. xii.** Inter
superbos semper iurgia sunt. **Abie-**
ctis sordidis vestibus vitiorum mo-
net apostolus ut induamur veste
virtutum et bonorum operum. quas
quidem virtutes vocat indumenta.
arma et luce; dicens. **Induamur**
arma lucis. **Dicuntur autem virtu-**
tes indumenta. quia ipsa peccata
operiunt. **Petri. iiii.** Caritas ope-
rit multitudinem peccatorum. **Dici-**
tur arma. quia animam ab insidijs
dyaboli custodiunt. **Vnde dicitur**
de elemosina **Ecdesi. xix.** Super scutum
potentis. et super lanceam aduer-
sus inimicum tuum pugnabit et.
Dicuntur lux. quia animam luci-
dam et ornatum faciunt. **Vnde di-**
citur de anima virtutibus ornata in
ps. **Ascendit regina a dextris tuis in**
vestitu deaurato. **Tercio aplos**
annunciat quod christi vexillum debe-
mus assumere dicens. **Induimini**
dominum ihesum christum. **Istud vexillum**
est dominus ihesus christus in cruce
affixus. cuius memoriam semper
in corde debemus retinere. **Hasta** il-
lius vexilli est lignum sancte crucis
Tela autem est caro christi cruci
affixa que scilicet caro triptici fuit

*Vide de tenebris que
operantur per 2. q. 1. in
hollor. l. 1. 194.*

colore depicta scilicet albo. rubro.
 a nigro. Caro etenim xpristi fuit
 albissima per innocentie sue puri-
 tatem. a fuit rubra per sanguinis
 sui precosi effusionem. fuit nigra
 per mortis linorem. Unde ipsa ca-
 ro posset loqui a dicere illud Can-
 ticoꝝ primo. Nigra sum propter
 linorem. sed formosa: propter in-
 nocentie decorem. sicut pelles salo-
 monis propter sanguinis asper-
 onem. Ille enim pelles salomons
 erant pelles arietum rubricat.

Postq̄ autem ecclesia misit apo-
 stolum qui annunciat. quales de-
 bent esse illi qui istum regem dñt
 suscipere: mittit seruum alium sci-
 licet Zachariam prophetam qui
 nobis annunciat quare a propter
 quid istum regem debemus susci-
 pere dicens. Dicite filie syon ecce
rex tuus venit tibi mansuetus.

Circa quod sciendum est q̄ susci-
 pimus quatuor genera psonarū
 scilicet dominos. propinquos. be-
 neficos a amicos. Libenter ergo
 xpristum accipere debemus. quia
 ipse est rex a dominus noster. qd̄
 notat̄ ibi. Ecce rex. De hoc autem
 rege a dño ipse sibi met testimoni-
 um phitet Johā. xiiij. dicens. vos
 vocatis me magister a domine. a
 bene dicitis. sum etenim. Eiusdem
xviiij. Tu dicitis quia rex sum ego.

Nec sunt verba supbie. nec iactā-
tie. nec adulationis: sed salutifere
instructionis. Deus enim superbi-
 re non potest. Superbire enim est
 super alios ire. Homo igitur sup-

bire potest. quia super se alios ha-
 bet. Eccles. v. Excelsio excelsior est
alins aē. Similiter a angelus sup-
 biuit. quia super se dominum ha-
 buit. Deus enim sup bire non po-
 test. quia sup omnia est. Secun-
do eum libenter suscipere debemus
quia xpinquus a frater noster ē.
 a hoc notatur cum dicit̄. tuis sci-
licet de tua stirpe natus a pro geni-
tus. Genes. x. Caro nostra a
frater noster est. Unde Bernar-
du. Puto q̄ iam me despicere nō
 potest xpristus. Os ex ossib⁹ me-
 is. caro ex carne mea. Humana ḡ
 natura in magna puritate a reue-
 rentia est habenda. Tum quia
 ad eius imaginem est facta. Tum
 quia angelice nature coequata.
 Tum quia a filio dei assumpta

Tercio q̄ est beneficus noster. a
hoc notatur cum dicitur venit tibi
Venit enim tibi a ad utilitatē tuā
Homo quidem amiserat faciē dei.
habitationem celi a tenebatur in
carcere limbi. Sed venit xpristus
 qui acquisiuit homini faciē ipsi-
 us dei. Eripuit eum de carcere lim-
 bi. a acquisiuit sibi lucidum ha-
 bitaculum celi. Unde dicitur Job
 xxxiiij. Si fuerit pro eo angelus
id est xpristus: qui dicitur mag-
ni consilij angelus. Deprecabitur
dominum a placabilis ei fiet. a vi-
debit in iubilo faciē eius. Ecce
 quia acquisiuit ipsi homini faciē
 dei: liberauit animam suam et sci-
 licet non pergeret ad interitum.

Ecce quia eripuit eum de carcere

Unde Bernar...

infirmi ut uiuens lucem uideret. Ecce quia acquisiuit sibi lucidum habitaculum celi. Quarto cum libenter suscipere debemus quia est amicus noster. quod notatur cum dicitur mansuetus. Ipse enim inter nos sicut amicus cum amico conuersatus fuit humiliter scilicet et mansuetus. Math. v. undecimo. Discite a me. quia mitis sum et humilis corde. Qui enim olim erat leo seuus: modo factus est agnus mansuetus. Legitur quod rhinoceron id est unicornis nulla uolentia capi potest: sed in sinu uirginis inuolante requiescit. et totaliter mansuescit. Sic ipse deus leo fortissimus in sinu uirginis requiescens factus est agnus mansuetus. Postquam apostolus nunciauit quales debent esse illi a quibus iste rex est suscipiendus. et postquam propheta subiunxit quare et propter quid est suscipiendus: mittit mater nostra sancta ecclesia tertium nuncium scilicet Matheum euangelistam qui nunciauit qualiter. scilicet suscipiendus. et hoc exemplo turbam quatuor modis. Primo igitur suscipiendus cum operibus caritatis. quod notatur per hoc quod uelimenta sua prosternebant in uia. Uelimenta anime spiritalia sunt bona opera. Apocalyp. v. decimo sexto. Beatus qui diligit et custodit uelimenta sua ne nudus ambulet. Ista etenim uelimenta in uia prosternimus: quando bona nostra temporalia pauperibus. uiatoribus ac

In uia
sunt cornu
in uero

3a p. p. p. p. p.

peregrinis egentibus communicamus. Et hoc notatur cum dicitur. Ecclesiast. xi. Mitte panem tuum super transeuntes aquas et post multa tempora inuenies illum. Panem nostrum super transeuntes aquas mittimus: quando pauperibus et peregrinis elemosinas erogamus. Dicitur quod serpens hominem uelut nudo insilit: nudum uero fugit. Ita dyabolus habitat in illis diuitiis de quibus raro uel nunquam pauperibus erogatur siue communicatur ab illis autem fugit que pauperibus distribuunt. Secundo cum puritate et mundicia cordis. quod notatur in hoc cum dicitur quod obuiauerunt sibi cum ramis oliuarum. Sunt quidam tanquam lignum aridum: quorum conscientia omni humore deuotionis est uacua. Psalmista. Aruit tanquam testa uirtus mea. Quidam tanquam lignum putridum quorum conscientia in mundiciarum omnium est sentina. Iob. x. Computruerunt uimenta in stercore suo. Quidam tanquam lignum uiride instat oliue. quorum conscientia uirorum omnium uirtutum plena est. Proverb. xi. Iustus quasi uirens folium germinabit. Tercio cum triumphali uictoria quod figuratur per hoc quod cum ramis palmarum sibi obuiauerunt. Illi autem recte palmas portare possunt. qui uincunt dyabolum eius suggestionibus resistendo. Iaco. iij. Resistite dyabolo et fugiet a uobis. uincant mundum et cum opibus seruando. Iob. v

Hec est victoria que vincit mun-
 dam fides nostra. Quidam vincit
 corpus proprium ipsum castigat
 do. Corinth. ix. Castigo corpus
 meum a cetera. Quarto cum lau-
 de divina quod notatur p hoc q
 xpristum laudabant dicentes. O
 sanna filio dauid. Ista laudatio
 debet fieri corde. ore a ope. De lau-
 de cordis dicitur Ep. v. Cantan-
 tes et psallentes in cordibus ves-
 tris domino. Laudatio enim oris
 non valet sine laudatione cordis
 Psal. xix. Appropinquat popu-
 lus iste labijs suis. cor autem su-
 um longe est a me. Nec vtraq; va-
 let sine tertia id est laude operis.
 Math. vi. Non omnis qui dicit
 mihi domine domine quo ad lau-
 dem cordis a oris intrabit regnum
 celorum: sed qui facit voluntatem
 patris mei qui in celis est. quo ad
 laudem operis ipse intrabit in reg-
 num celorum. Ad quod nos per-
 ducat pater a filius a spiritus sa-
 ctus. Amen.

Sermo secundus eiusdem.

Benedictus qui venit in no-
 mine domini. Math. xxi.
 Iste turbe videntes a audi-
 entes magnalia a crebra miracu-
 la que Christus faciebat. a maxi-
 me audientes q; lazarus quatri-
 duanum suscitauerat. vt habetur
 Jo hannis. xi. sibi obviam proces-
 serunt a ipsum cum ramis a flori-

bus dignis laudibus extulerunt
 dicentes. Benedictus qui venit in
 nomine domini. In quib; verbis
 tria ponuntur. Primo enim ponit
 ipsorum turbaz digna laudatio
 cum dicit. benedictus. Secundo
 ipsius laudationis ratio cum dicit.
 qui venit. Tercio ipsius rationis
 explanatio cum subinfert. In no-
 mine domini. Laus autem ista fit
 digna ex parte laudantis. lauda-
 ti. rei laudande a modi laudandi.
 Ex parte qui de laudantis tunc laus
 est digna: quando ille qui laudat
 est dignus laudare. quia sicut di-
 citur Ecclesiast. xv. Non est specio-
 sa laus in ore peccatoris quonia
 non est a deo missus. Ps. Pecca-
 tori autem dixit deus. Quare tu e-
 nertras q; Ipsi autem erant digni
 laudare deum ex eo q; ipsum imi-
 tabant fide a devotione. Math. xxi.
 Videntes pueros clamantes. O sa-
 na q; Ipsi autem dicebantur pue-
 ri. non tantum propter etatem:
 sed maxime propter innocentiam a
 puritatem. Secundo fuit digna
 ex parte laudati. Tunc enim laus
 ex parte laudati est digna: quan-
 do. ille qui laudatur est dignus
 laudari. Unde dicit de indignis
 laude. Psalmista. Laudat pecca-
 tor in desiderijs anime sue. Xpus
 autem non tantum nostra laude dig-
 nus: sed etiam omnem laudem ex-
 cedit angelicam a humanam. Ec-
 clesi. xliij. Benedicentes dominuz
 exaltate euz quantum potestis. ma-
 ior est enim omni laude. Tercio fuit

dignā ista laus ex parte rei lau-
dande. laus enim tunc digna est
quando scilicet quis laudatur de
re digna laude. Vnde dicitur de
hijs qui de malis operibus laudā-
tur *Esay. iij.* Popule meus qui
te beatum dicunt: ipsi te decipiunt.
Isti autem laudabant xpristum
de re que omnino digna erat lau-
de scilicet de eo q̄ in nomine do-
mi venerit. Quarto fuit dig-
na ex parte modi laudandi: qui
fiebat ab illis qui preibant et qui
sequebantur. etiam qui conomi-
tabant. Illi qui precesserunt sicut
patriarche et prophete eum cū ma-
gno desiderio expectabant. Bernā-
dus super cantica. Desiderium pa-
trum suspirantium xpristū in carne
aduenturum frequentissime cogi-
tans: compungor et confundor in
memetipso. et nunc vix contineo
lacrimas ita pudet me pudoris et tor-
poris quoq; miserabilium tempo-
rum horum. cui namq; nostrū tan-
tum ingerit gaudium: gratie hu-
ius exhibito quantum accendit
veterum desiderata promissio.
Concomitantes scilicet apostoli e-
ius verbis avidissime pascebant
et eius miracula ammirabantur.
et eius exempla imitabantur. Nos
autem qui secuti sumus: debemus
ipsum semper habere et in ore per
gratiarum actionem. *Psalmis*
ta. Semper laus eius in ore me-
o. Et in corpore per mortificatio-
nem *Pri ad Chozinth. vi.* Empti

enim estis precio magno. portate
et glorificate deum in corpore ves-
tro. Et in corde per iugem medi-
tationem *Deutronomij sexto.* Me-
ditaberis sedens in domo tua etc.
Et in opere per imitationem. quia
scdm Augustinum. summum xpri-
stiane religionis est hunc imitari
quem colimus.

Secundo ponitur huius lauda-
tionis ratio cum dicitur. qui venit
Ideo eum laudabant quia in mū-
dum venerat et nostram redempti-
onem procurabat. Ex quo igitur
ad nos pervenerat per carnis sus-
ceptionem: scdm sancte matris no-
stre ecclesie representationem debe-
mus nos ornare et sibi reverenter
occurrere assumendo vestes albas
deauratas siue rubras et varias.
Vestis alba est ipsa puritas. De
qua veste dicitur *Apocalipsis ter-*
cio. Vestibus albis induaris ut
non appareat confusio nuditatis
tue. Vestis deaurata est ipsa cari-
tas. Sicut enim aurum nō potest
putrescere: sic et caritas nō potest
deficere. *prime ad Colo. xij.* Cari-
tas nunq̄ excidit. Est etiam cari-
tas vestis rubra que facit animam
rubentem id est igne amoris feruē-
tem. Vestis varia est virtutum di-
uersitas. Vnde dicitur in *psalmo*
Astitit regina a dextris tuis in ves-
titu deaurato etc. Beata igitur illa
anima que xpristo aduentanti oc-
currit scilicet cum veste alba puri-
tatis. atq; cum veste deaurata

17
sive eulea caritatis. Et cum veste
varia multiplicis virtutis. De tali
anima dicitur Proverbiorum ultio
Stragulata vestem fecit sibi. Ec
ce vestis varia virtutum. Nam fm
ysidorum stragulata vestis est dis
colo: sic dicta eo qm stratu a ami
tu sit apta. Bissus. Ecce alba ves
tis puritatis. a purpura indumē
tum caritatis. Ecce vestis eulea car
tatis. Ve autem illi a iterum ve q
sibi e contrario occurreret cum veste
nigra. sanguinolenta a sordida.
Quis homo est qui patienter fer
re possit q sibi de vltimarum p
tibus venienti vxor sua occurreret
habens vestes nigras. sanguino
lentas a sordidas. Nonne cu; cal
cibus suis truderet a tanq; insanā
a adulteram reputaret. Illa igit
anima habet vestem nigram que
nō habet candorem puritatis. sed
nigredine in peccati mortalis. Nō
est enim aliqua res magis nigra
qm anima in peccato mortali posi
ta. Nam. ij. Facies eorum quasi
nigredo olle. Id tales anime que
de hac vita exeunt: nec a deo: nec
ab angelis cognoscuntur: sed tan
q; ignote abijciuntur. Treno. iij.
denigrata est super carbones faci
es eorum a nō sunt cogniti in pla
teis. scilicet Iherusalem celestis
veste iudice a scabimis Illa habet
vestem sanguinolentam: que nō
habet vestem auream vel rubrā ca
ritatis: sed habet cor sanguinolē
tum p odium perversitatis

Tales enim cum veste sua combu
rentur. Juxta illud Esay. ix. Ve
stimentum mixtum sanguine erit
in combustionē a cibus ignis. Il
la habet vestem sordidam a pan
nosam: que non virtutum sed viti
orum habet varietate. Istam au
tem sordidam vestem apostolus
abijciendam eē ammonet dicens.
Roma. xi. iij. Abijciamus opera te
nebrarum. Sed posset aliquis di
cere. Possum habere vtramq; ves
tem scilicet novam virtutum a ve
terem vitiorum. Ad quod dominus
respondens dicit Math. ix. Nemo
mittit commissuram panni rubis
in vestimentum vetus

Tercio modo ponitur huius ra
tionis explanatio cum dicitur. in
nomine domini Et potest hoc intel
ligi de triplici adventu. In carne
primo. a tunc venit in nomine do
mi id est in potestate domini. Joh
xv. j. Pater manifestavi nomen
tuum hominibus Vel de adventu
ad iudicium a tunc venit in nomi
ne domini. id est in potestate domi
ni. Unde de ipso dicitur Johan
nis secundo. Potestatem dedit ei
iudicium facere. qui a filius homi
nis est. Vel de adventu in mentē
qui est per peccatorum remissionē
a virtutis infusionem a tunc venit
in nomine domini. id est in glori
a domini. Psalmista. Propter no
men tuum domine propiciaberis
peccato meo. multum est enim.
Item. Quoniam gloria virtutis

no.

eorum tu es. Ad istum triplicem aduentum designandum ecclesia in primo respōsorio in matutinis tres versus cantat. Primus designat aduentū xp̄isti in carne. De quo dicitur. Quiq; terrigene et filij hominū in simul in vnū diues et paup. Per terrigenas intelliguntur peccatores qui suam sequuntur originem quia sicut sunt geniti de terra: sic semp affectant terrena. Per filios hominum intelliguntur iusti qui sunt rationabiles et racionabiliter viuentes. Vtriusq; igitur vtile est audire aduentū xp̄isti in carne. et peccatoribus vt prouocent ad veniam. et iustis vt animetur ad gratiā. Dicit ergo propheta. Vos terrigene filij hominum audite istud miraculum quasi simul in vnū. id est quasi in eade; p̄sona diues et paup. Xp̄istus enim quantum ad diuinam naturam fuit valde diues. Q̄tum vero ad humanā naturam valde pauper erat. Istud tangit apostolus pri. ad Corinth. viij. Scitis gratiam domini nostri ihesu xp̄isti q̄tum diues esset propter vos factus est egenus. Secundus versus significat aduentum xp̄isti in mente cum dicitur. Qui regis israel intende. et q̄ deducis velut ouē Joseph. Israel interpretatur quasi vir videns deum. Ouis est animal mansuetum Joseph vero interpretatur augmentum. Xp̄istus igitur veniens in animam per gratiā

facit ipsam esse israel id est ipsa videntem deum per fidem et tandem per spem. pri. ad Corinth. decimo tercio. Videmus nunc per speculum et in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Facit etiam ipsam esse ouem per mansuetam conuersionem. ad Galat. v. fructus autem spiritus mansuetudo. fides et cetera. Facit etiam ipsam Joseph per bonorum operum augmenta. Gen. quadragesimo nono. filius accrescens ioseph filius ascendens et cetera. Tercius versus designat aduentum xp̄isti ad iudicium de quo dicitur. Excita domine potentiam tuam et veni vt saluos facias nos. Modo enim dormit dei iustitia. quia ipsos peccatores non punit. Vigilat autem eius misericordia. quia omnes peccatores ad misericordiam recipit. Eccl. lxxxiij. mo. Expectat nos dominus vt non stremisereatur. In iudicio autem dormiet eius misericordia. Vnde de hoc habetur Mat. lxxxiij. mo. Clausa est ianua salicet misericordie. vigilabit autem iustitia. Ps. Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo.

Sermo tertius eiusdem

18.

Ecce rex tuus venit tibi mā
suetus sedens super asinā
a pullum filiam subinga
lis. Mat. B. vicesimo primo. Si ali
quem principem ad nos venturū
suscepturi sumus ipsum propter
quinq; causas libenter a reueren
ter suscipere debemus. Primo pro
pter statum: quando scilicet esset
persona valde sublimis. Secundo
propter affinitatem: quando scili
cet esset noster propinquus vel
affinis. Tercio propter beneficiū
quando scilicet veniret: non ut ra
peret nostra: sed ut tribueret sua
vnicuiq;. Quarto propter officium:
quando scilicet sciremus qd nō
haberet officium seuere iusticie: s
pie misericordie. Quinto propē
comitatum: quando scilicet scire
qd non duceret secum exercitum
grandem a crudelē: sed humilē
a dementē. Istis quinq; de cau
sis regem verum dominū nostrū
Iesum xpistum scdm ecclesie rep
sentationem tempore isto venturū
reuerenter nos suscipere oportet.
Primo propter statum. quia est
rex valde excellē a sublimis. quod
notatur cum dicitur. Ecce rex. Apo
cal. ij. habens in vestimento a in
femore scriptum. Rex regum domi
nus dominantium. Et tamen mul
ti sunt adhuc qui negant ipsum
regem esse dicentes Job. v. vicesi
mo. Nos non habemus regem ni
si cesarem. Christus dicit vnus.
cesar vero dicitur a cedendo. Tales

igitur respiciunt regē vngentem
eligunt sibi dyabolū cedentem.
Iste rex triplex habet regimen. de
quo dicitur ad Phil. ij. In nomi
ne iesu omne genu flectitur. cele
stium. terrestrium a infernorum.
Habet a tres differentias militū.
quorum quidam sunt decertantes.
Istos ponit in regno terrestri. de
quorum numero cāt qui dicebat
Ept. vi. Non est nobis collucta
tio aduersus carnem a sanguinē
sed aduersus principes a potesta
tes. Alij sunt milites triumphā
tes. istos triumphantes ponit in
regno celesti: quibus post victori
am dat coronam. xxi. Thimo. xxi.
Nō coronabitur nisi qui legitime
certauerit. Alij sunt succumbentes
a tergavertentes. istos collocat
in carcere infernali. Psal. xxij.
Congregabuntur in congregatio
nemius fascis in lacum a claudē
tur ibi in carcere scilicet infernali.
Secundo debemus ipsum susci
pere propter affinitatem. in qua
scilicet affinitate est frater noster
a propinquus noster. quod no
tatur cum dicit. Tuus id est de tu
a pro genie natus siue procreat.
Noluit autem deus parentelam o
trahere cum natura angelicā: sed
cum natura humana. Hebr. xxi.
Nūsq; enim angelos apprehendit
sed semen abrahe apprehendit.
Ex quo quidem sufficienter patet
qd inter ipsum deum a hominem
est maior fraternitas q̄ est inter

deum et angelum maior affinitas.
maior consanguinitas et maior co-
gnationis firmitas. Fraternalitas
que tantum causatur ex altero pa-
rentum firma est: sed que causa est
ex utroque firmissima est. Angelus
autem est frater christi tantum ex
vna parte scilicet patris eterni. qui
est pater christi per eternam gene-
rationem et angelorum procreatio-
nem. Homo vero est frater christi
ex parte patris eterni qui est pa-
ter christi per eternam generatio-
nem. et hominis per creationem. et
ex parte matris quia virgo beata
fuit mater christi et nostra. Unde
christus nusquam vocat angelos fra-
tres: sed homines fratres dicens.
Psalmista. Narrabo nomen tuum
fratribus meis etc. Legitur Gen-
xliij. quod Ioseph in suo conuiuio
maiozem partem dedit beniamin
qui frater suus erat ex utroque pa-
rente quam alijs fratribus qui tantum
erant fratres sui ex altero paren-
te. Sic christus duplicem referen-
tiam dabit homini: scilicet in sua
diuinitate et in sua humanitate an-
gelos tantum in sua diuinitate re-
ferat. Secundo maior est affini-
tas. Magna siquidem affinitas con-
trahitur quando quis dat vel acci-
pit: sed maior quando utroque mo-
do facit. Deus autem filiam suam
id est imaginem suam et similitu-
dinem dedit angelo: quando scilicet
ipsum ad imaginem suam cre-
auit. Domini vero imaginem suam

debit. et insuper sororem nostram
id est humanam naturam filio su-
o accepit. Iheremie viceesimo. Re-
cordatus sum tui miserans adoles-
centiam tuam. et caritatem dispo-
sitionis tue. Eiusdem viceesimo pri-
mo. In caritate perpetua dilexi te
ideo attraxi te miserans tui. Un-
de dicitur in quadam prosa. Ma-
ritari voluit verbum dei. altius nu-
bere non potuit ipsa humana na-
tura nec gloriosius. Tercio mo-
do est maior consanguinitas. Ma-
gna siquidem consanguinitas est
quando quis alteri attinet ex vna
linea consanguinitatis. Maxima
vero est quando quis alteri atti-
net ex duabus lineis. Quando ve-
ro deus angelum ad imaginem su-
am creauit tunc quodammodo de
sua progenie ipsum fecit. Hominem
vero de suo genere siue progenie
sua fecit. Iuxta illud Actuum deci-
mo septimo. Ipse enim et genus
sumus: ergo de suo genere sumus
scilicet ipse dei. Et insuper de no-
stro genere se fecit. ad Romanos
quarto. Qui factus est ei ex semine
dauid secundum carnem.

Quarto enim est maior cogna-
tio firmitas. Cum enim triplex sit co-
gnatio. scilicet legalis spiritualis et carna-
lis. legalis que est per adoptionem
spiritualis que est per baptismi
regenerationem. Carnalis que sci-
licet est per ipsius carnis propa-
gationem. Angelus namque atti-
net christo cognatione legali. quod

deus. Homo vero attinet p̄risto
 a cognatione legali. quia de⁹ eos
 sibi in filios adoptavit. Ephes. 1.
 Qui predestinavit nos in adoptio
 nem filiorum per ihesum xp̄istū.
 a spiritali. quia eos in baptismo
 in filios regeneravit Joh̄anis. in
 Nisi quis renatus fuerit de novo nō
 potest intrare in regnum dei. Et car
 nali. quia xp̄ist⁹ de progeme ho
 minis nasci voluit. a carnem a s̄a
 gūnem accepit. ad Hebr̄eos. 1.
 Quia igitur pueri communicaue
 runt carni a sanguini. a ipse simi
 liter participat eisdem.

Tercio debemus ipsum libent^r
 accipere propter beneficium. quod
 notatur cum dicitur venit tibi id
 est ad utilitatem tuam. Non enim
 venit ut auferret: sed ut daret sua
 Omnia enim que habuit nobis
 dedit. Regnum suum in possessio
 nem. Mat̄. 23. Possidete paratum vobis regnum a
 stititione mundi. Corpus suum
 in redemptionem. Joh̄is 1. Caro me
 arere est cibus. Sanguinem suū.
 in ablutionem. Apocalip. primo
 Lavit nos a peccatis nostris in s̄a
 gūne suo Animam suam in recep
 tionem. Joh̄is. 1. Animam meam
 pono pro ouibus meis. Et divini
 tatem suam in fruitionem. Joh̄is
 decimo septimo. Hec est vita eter
 na ve cognoscent te solum a ve
 deum esse que misisti ihesum xp̄m

Quarto debemus ipsum suscipere
 te pie propter officium. quia non
 habet officium serene iusticie: sed

miseri cordie. quod si notatur a³ dⁱ
 citur. mansuetus. Circa quod
 sciendum est q^d quedam māfue
 tudo a natura est Unde dicit phi
 losophus q^d homo est animal mā
 fuetum a natura. Quedam autem
 a gratia que est quedam virtus
 infusa. Prouerbio 11. Mansue
 tis autem dat gratiam. Quedam
 autem ab humana industria si
 ue longa experientia. sicut anima
 lia domestica dicimus mansueta
 id est manu assueta. Xp̄istus igitur
 dicitur mansuetus a natura di
 uina. quia deus mansuetus natu
 raliter est a mitis. Psalmista. Tu
 domine suavis a mitis. Et ab hu
 mana natura. quia de mansueto
 patre scilicet dauid natus est.
 Psalmista. Memento domine da
 uid a omnis mansuetudinis eius
 aē. Secundo fuit mansuetus a
 gratia. Spiritus enim sanctus eū
 a deo vniuit: q^d mansuetum eum te
 taliter fecit. Psalme sexagesimo
 mo. Spiritus domini super me eo
 q^d vniuit me ad annuncian dum
 mansuetis misit me.

Tercio factus est mansuetus a
 longa experientia. q^d longo tem
 pore nr̄as infirmitates est exper
 tus. a ideo factus est valde māfue
 tus. Et sicut avis domestica stati
 currit ad ostensionem carnis. a o
 uis domestica ad ostensionem ra
 mi virentis. sic xp̄istus a deo est
 domesticus a mansuetus q^d stati
 currit ad quodlibet desiderium no
 stri cordis. Ideo enim monemur

Soph. ij. Querite iustum? querite
manuetu. Quinto debemus ip
sum libenter suscipere propter co
mitatu. quia ducit comitatum hu
mitem: quod notat cum dicit. Se
dens super asinam et pullum ac.
Secundum Hieronimum per asinam si
gnificat sinagoga iudeorum que
iugum legis traxit. Per pullum ec
clesia gentium que tanquam filia a si
nagoga fuit gemita. Christus igitur
super asinam et pullum sedit.
quia utrumque populum sibi acqui
siuit et coniunxit. uterque tamen li
gatus erat funibus peccatorum.
quia sicut dicit ad Roma. iij. non
est distinctio iudei et greci. omnes
enim peccauerunt et egent gratia
dei. Iste autem fumus peccatorum
sepe conficitur ex multis simul. Nam
mala cogitatio parit delectationem;
delectatio consensum. consensus
operationem. operatio consuetudi
nem. consuetudo cordis duriciam.
cordis duricia necessitatem. neci
tas desperationem. desperatio mor
tem eternam. Sed dominus dicit
discipulis suis. Soluite et adduci
te michi. Peccator enim soluitur a
deo per infusionem gratie preueni
tis. Quod dominus soluit compedi
tos. Et a seipso merito contritionis
Ipsa. lviij. Soluite fasciculos de
primentes. Et a ministro dei per po
testatem iurisdictionis. Math. x. xviij.
Quodcumque solveritis super terram

Dominica secunda sermo primus.

Aunt signa in sole et lu
na et stellis etc. *Luce. xxi.*
In precedenti dominica
actum est de aduentu
christi in carne qui est aduentus
amoris. in hac autem dominica agit
de aduentu christi ad iudicium qui
est aduentus timoris. et hoc ut a
mores nos ad bonum mutant et timor
nos a malo reuocet. Quando autem
aliquis rex ad bellum est profectu
rus: omnes commouentur ut sci
licet secum proficiantur. sic rege
christo ad iudicium veniente om
nia elementa commouentur pari
ter et contra malos armantur. In
hoc igitur euangelio ponitur com
motio quadruplicis creature scilicet
celestis terrestris. rationalis et
intellectualis. Primo namque pon
itur commotio creature celestis cum
dicit. Erunt signa in sole et luna et
stellis. Que autem ista sint signa non
exprimitur: sed Math. xxiiij. deter
minat: ubi sic dicitur. Sol obscu
rabitur. et luna non dabit lumen su
um. et stelle cadent de celo. Signum
ergo in sole est obscuratio solis que
quidem obscuratio quatuor modis
accipi potest. Primo quantum ad
lucis priuationem. Tunc enim fiet
eclipsis vniuersalis que auferet lucem
ab omnibus partibus terre quod in nul
la alia eclipsis fieri solebat. Illa ei
ab alia differet. Tum quod diu du
bit. Tum quod non fiet per hunc inter
positionem: sed per virtutem diuinam. et
hoc faciet sol in signum meritis per
morte generis humani. Crisost.